1622. 11 Junii

Ex Epis. MS. Lubien. in Arch. Han. Aug. Regis.

489

Stanislaus Lubienski
Francisco Maria Ciriolo

79

De negotio promotionis mee ad Episcopatum Plocen=
sem scripsi iam bis antea ad illustrissimum dominum
Cardinalem de Torres, Patronum meum, cui vereor
nefrequentes litere fastidium pariant. Igitur hac
vice humillima mea obsequia, D.V. meo nomine
deferet suae E. excusabitq; importunitatem meam
Domino Stanislao Milaciowski canonico meo
Luceoriensi mandavi, ut cum D.V. de negotiis mejs
conferret. Non dubito D.V. pro sua erga me be=
nevolentia omnia mej causa facturam. Cui
studia, officiaq; mea defero Dat Varsoviae
ut supra

12